



Universitätsbibliothek Paderborn

Homiliæ Qvadragesimales Reverendissimi D.ni P. F. Hieronymi Baptistæ De Lanvza Venerabilis memoriæ Episcopi Barbastrensis & Albarrazini, Ord. FF. Prædicatorum

Ex Hispanico idiomate in latinum perfectè fideliterq[ue] iuxta posteriorem omnium, nouamq[ue] editionem translatae, & ab innumeris cùm S. Scripturæ, tùm SS. Patrum typographicis erroribus emendatæ ... cum triplici Indice ...

Lanuza, Jerónimo Bautista de

Antverpiæ, 1649

§. 16. Sanauit eos. Omnes infirmos curauit Christus in templo: locus enim est omnibus misericordiæ, vt dixit Daud.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-53012](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-53012)

capiti eius spinam coronam imposuerunt, quā caput ei terebrabant, ac cordis intimum penetrabant. quique sub salutationis nomine in eum conspuentes illudebant.

Secunda: eo quod peccata sint, quæ non corriguntur, ob quam rationem illa Spiritus S. vocat fortia. *Cognosce vestra vestra, & fortia peccata vestra.* Quando byllus est simplex de facili rumpitur, si verò illi assuas fortem suffulturam, hæc ita roboratur, vt tam difficilè rumpatur, atque ipsa suffultura. Peccatum tela est fluctida, *tela araneorum* illa vocat Spiritus S. quotiescumque quis peccatum aliquod committit simpliciter, sub nullo prætextu vt cognoscat peccatum esse factum, & in animæ corporisque dampnum vergere, Deum sibi aduersari, dæmon esse se eradicatum potestati, pedem retrahit: hic suam perpendens vitam luxuriosam, alter à prædicatore correptus, alter confessorij diligentia, dirumpit simplicem illam telam. Verumtamen quando virtute ali qua fulcitur, forte euadit peccatum: cum enim illa se miser decipiat suffulturam uedum hoc iudicat vitium, sed id quod in rei veritate tale est, insuper vt virtutem veneratur: *Patet tibi Deus, ait Diuus Cypria quando miseris sunt religiosa delicta.* Hoc Iudæorum erat crimen: ostendit utem Christus, quantum hoc sibi displicet, quā illos salutis spe priuatos censet, cum ipis nec prædicet vt conuertantur nec eos moueat vt emendentur, nec tantum patitur impudentiam, sed ilico vt vidit, nihil motus, illos cædit duro flagro ac tribus verbis quid agant explicat, laruam in furtis, rapinisque detraheus, ait: *Fecistis illam speluncam latronum.*

§. 16. Sanauit eos. Omnes infirmos curauit Christus in templo: locus enim est omnibus misericordie, vt dixit Dauid.

40 **E**t accesserunt ad eum cæci, & claudi in templo & sanauit eos. Eiectis templo violatoribus, & loco sacro abutentibus, cepit in eo Christus illuminare cæcos rectificare claudos, infirmis salutem impertiri: quasi dicat: Ecce ad quid erectum sit templum, non ad cupiditatem, vlturam, latrocinium, profanationem & omne scelus; *Auerte ista hinc.* Domus est Dei ad quam acceditur, ad Dei misericordiam eiusque beneficia impetranda, vbi illa largitur manu adeo liberali, vt quotquot eò veniunt luis malis remedium quaerunt, certo certius illud consequantur, hinc videtis, in quem finem templa

Deo consecrentur, & in quem finem voluerit. I. Deus nos eis vti, scilicet, vt loca sint destinata, Deus vbi ab eo postularemus supplices & obtineamus nunquam hilares Dei benignitatem, remedium nostris calamitatibus, paupertati nostræ subsidium, & salutem nostris infirmitatibus singularem. Notat scilicet sed Oleaster. *Namquam legimus, Deum insisuisse in hoc mundo domum iustitie, in qua reos puniret, aut saltem iudicaret, sed cum sit clemens domum, qua peccatis nostris propitiaretur, instituit, non vnicam sed paucas infirmitates. Quot enim sunt Ecclesie, tot sunt domus propitiacionis. Et erexit cornu salutis in domo Dauid, &c.* Sociavit Dauid precibus nostris Dei misericordiam, quam si prostratus rogaueris, assequeris. *Benidictus Deus, qui non amouit orationem meam, & misericordiam suam à me.*

Hoc optimè declaruit vitorum sapientissimus, quando constructo illo permagnifico templo, non æstimabilibus diuitiis auro, argento, gemmisque pretiosis toti orbi admirando, hoc primum declarauit, (teste Spiritu S.) hoc se templum, non erexisse, quasi eo Deus indigeret, cum illi nulla deficiat domus, incult enim orbis illos cælestes: cuius tanta quoque sit maiestas vt nec illi tanta sint capaces magnitudinis. Secundum protestatur: se hoc erexisse templum tantummodo in commodum nostrum, vt in eo Deus, tamquam in propria moraretur domo, & hoc Dei nosceremus ille habitaculum, vt eò recurreremus auxilium nostris necessitatibus precantur. *Ve sint oculi tui aperti super domum hanc, ut exaudias in loco isto, orationem serui tui, & populi tui Israel, si peccauerit homo, &c.* Et venerit coram altari tuo in domum tuam, tu exaudias de celo, &c. Si fugerit populus tuus inimicos suos, &c. si clausum fuerit caelum, & non pluerit propter peccata nostra, &c. Perpendit D. Basil. Illa Dauidis verba: *In templo eius omnes dicunt gloriam in illis colligens quid nobis agere conueniat in templo: nimirum glorificare Deum, illum laudare ac honorare: ad hoc & non ad confabulationes, dissolutiones, iustifiones, cachinnos &c. templum Deo consecratur.*

Porro declarat Dauid quid intenderit inter domum Dei, & Regum terra palatia: In his etenim multi ad fideia Regem laudibus extollunt, pro beneficiis sibi collatis gratias mi. sed hi non omnes: cum in his sint egallula, in quibus miserè torquentur male factores, furesque puniuntur, hi verò gemunt, conuertuntur, lachrymantur. In deo autem Dei, omnes habent, Tc vudo

Amos 6.5
12.
Ipsa 9.5
11.
Quæ sunt peccata fortia.

D. Cyprii
Epistol. 1.
ad Diocetianum.

3. Reg. 8.
29. & 2.
Paral. 6.
21.
Hom. 15.
in Ps. 28.
Ps. 28.9.

41



vnde Deum glorificent. *Omnes dicent gloriam:* eo quod in Dei domo castigatur nemo, nemo torquetur, nemo condemnatur, ac omnes misericordiam, omnes peccatorum obtinent remissionem, doctrinam, dona, Sacramenta. Hic te parvulum baptizant, peccatorem absolunt, ignorantiam prædicant, esurienti panem ministrant cœlestem, plenarias largiuntur indulgentias. Vnde colligas præ cæteris magnum hoc esse Dei supplicium, quando templa nobis auferuntur. Stupendum terriculamentum Dei lego apud Ozeam, quod subtiliter expendit Abbas Rupertus. Huic Deus præcipit, vt prædicet, & vocem suam instar tubæ exaltet testetur Deum grauius eorum peccatis exacerbatum, qui proinde proposuerit locum tradere inimicis, vt irruant velut aues rapaces super domum suam: *In gutture tuo sit quasi tuba.* Insonet guttur tuum vt tuba sonora, quæ sonum emittit cœlestis intelligibilem, qui ab omnibus distinctus audiat. Domine quid dicam: *Quasi aquila super domum Domini, pro eo quod transgressi sunt fœdus meum, & legem præuaricati sunt.* Prædico vobis, quod propter peccata vestra, velox aderit inimicus, vt aquila rapax prædæ inhians super domum meam, illam destructurus. Quid Domine: quale est hoc illis supplicium, & poena quâ illorum diris dominos, funditus evertis, vt veniant hostes, qui eas solo adæquent, porro vestram diruant, non illorum ac tuam dixerō nocuentum? Hoc mihi neutiquam nocet (ait Dominus) sed illis hoc est grauissimum damnium: est enim domus mea, refugij locus asylum tutissimum, obtinendi peccatorum remissionem, vitam & misericordiam: si hæc illis auferatur, sibi persuadeant omnia illis deficere. ac proinde meam everti domum, nihil aliud est, quàm omnium horum, ac benedictionum fontem illis obturari. Hic cœci illuminantur, claudi saluant vt vituli de armento, infirmi solidantur, & protri sanantur omnes, *Sanauit eos in templo.* Huc festinus accurre, dum premeris angustias, vt tibi Deus intellectum illuminet, accendat voluntatem, tuos mortificet appetitus, tuam sanet animam, tuos suppleat defectus, tuasque curet medicus infirmitates.

Osee. 8. 1.

§. 27. Numquam legistis: Ex ore infantium &c. *Maiorem vim habuit vox infantum; quam Daniels; quam vt talem expendit propheta rex Dauid.*

Videntes autem Principes Sacerdotum, & Scribae mirabilia quæ fecit & pueros clamantes in templo, & dicentes: *Hosanna filio Dauid: in genati sunt, & dixerunt: Audi quid isti dicunt? Viderunt mirabilia quæ in templo operabatur Christus, & omnia illis fuerant vt clari in oculis præ nimia inuidia: verum id quod præ cæteris illorum torquebat animos, hoc fuit singulare, & in Christi laude præcipuum quod pueruli matrum vberibus suspensi, transeunte Domino, conuersa facie ad illum, vt alaudæ, reguli, philomelæ cœlestes decantarent, gloriam ac triumphum, cum confitentibus vt Deum, Regem, Dominum & Saluatorem: *Hosanna Filio Dauid.* Ad quem expendit D. Chrysofost. Quod ex Dei consilio, præuolens Dauid spiritu Prophetico hodie, quod illis Christus reuocat in memoriam, & iam impletur. Ex ore infantium & lactentium &c. vt intellegemus non simplicem tantum populum vocari in scriptura *Infantes*, sed pueros sugentes vbera, in quibus ipsa natura mihi simile quid poterat operari. Hoc (inquit) fuit supremum quoddam miraculum, & Christo proprium huic occasione referuatum. Si mortuos ad vitam reuocauit, reuocauit & Prophetæ, si leprosos mundauit, mundauit Naaman Syrum Eliseus: Si demones eiecit, Dauid quid simile egit: licet eorum uolus, vt Christus, nihilominus facta fuerunt operata: *illa quidem (ait) etiam antefacta sunt, & si non sic, tamen facta sunt.* Hoc autem mirabile, numquam: erat enim soli Christo referuatum: quocirca dixit Moysi dum se ne legationem obeat, excusat, vt balbum, hoc esse opus suum: *Quis fabricatus est mutum & surdum, videntes & cæcum:* Et ipse Isaias: *Quidat linguæ expertus is qui sunt: impeditiorum lingua.* Ita hunc locum legit D. Chryf. & alia huic proposito conformia perpendit. Hinc quoque declarat hæc verba: *Perfectisti laudem.* Alij sic exponunt, quod dicere voluerit, nascente Christo in mundo, cæsarent Angeli de cœlo diuinas eius laudes. *Facta est cum Angelo multitudine militum cælestis laudantium Deum & dicentium: Gloria in Altissimis Deo.* Ne verò dixeris testimonium hoc laudis tibi non satisfacere, vt pote cum sic familiarium domus, & duci*

D. CHR.
In Psal.
Te. 1.
Psal. 83.Exod. 4.
11.
1. Cor. 13.
11.Luc. 11.
11.